

**F**ater quidam sub obedientia spiritualium Patrum residens, alium fratrem adiit, dixitque: Cupio relinquere Patres meos spirituales, & per me tranquille degere. Ad quem ille: Homo, inquit, quidam habebat filium, quem accipiens, tradidit in manus artificis, qui eum artem suam doceret: eratque puer distractus circa opus. Cumque post dies aliquot adolefcens ad patrem suum accederet, dixit: Pater, tolle me ab hoc magistro meo: per me enim magis artem apprehendere potero. At pater ad ipsum: si cum ab aliis, inquit, docearis & manuducaris, nihil didicisti, quid per te solum praestare poteris, o fili, qui non addicisti, neque obedivisti, quemadmodum oportet? video te male erga artem, quam addiscis, affectum, o fili: metuoque, ne forte frustra in te laboraverim. Arripe igitur opificium tuum, sicut oportet, fili, ut in arte exercitatus, ipse tibi requiem invenias: nam in cruditis disciplinæque expertibus occurrit mors. Quapropter & nos, carissime, caveamus a nobis abjicere jugum obedientiae in Christo, ne forte non placeat Deo: cumque in tentationem inciderimus, non sit qui auxilietur nobis. Quando enim Agar ancilla Saræ aufugit a conspectu dominæ suæ, inveniens eam Angelus Dei, dixit ad ipsam: *Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.* Fecitque illa, sicut dictum erat ad eam. Cum vero adefset tempus ejus, assumpto comœtu, dimissa est cum fiducia una cum filio suo: oberranteque ipsa per solitudinem, adeo ut siti peritura videretur simul cum filio suo Ismaël, non depexit eam Deus. Oportet ergo & nos patienter perferre tribulationes, tamquam Domino servientes, & non hominibus. Ideoque dum sub obedientia versamur, ne opera inobedientiae agamus, ne & nos patiamur, quemadmodum passus est Giczi minister Prophetae Elisæi: quin potius per piam religiosamque obedientiam fructum reddamus perfectum Domino nostro Jesu Christo: cui gloria & imperium in sæcula. Amen.

Gen. 16.

Gen. 21.

4. Reg. 5.

**Δ**ελφός τις καθεζόμενος ἐν ὑποταγῇ πνευματικῶν πατέρων προσελθὼν ἐτέρῳ ἀδελφῷ ἔειπε· βύλομαι ἕξειδάϊν τῶν πνευματικῶν μου πατέρων, καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἡσυχάσαι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔειπε· ἀνδρῶπιός τις ἔχει υἱόν, ὃν λαβῶν παρέδωκεν εἰς χεῖρας τεχνίτου, ἵνα διδάξῃ αὐτὸν τὴν τέχνην. καὶ ἦν ὁ πάς μετέωρος πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ μετὰ ἡμέρας προσελθὼν τὸ μαρτύριον τῶν ἑαυτοῦ πατέρων, ἔειπε· πάτερ, ἀρὼν με ἐκ τῆς διδασκαλίας μου, κατ' ἐμαυτὸν γὰρ μάλλον τὴν τέχνην διδάσκαμα ἀναλαβεῖν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ πατήρ αὐτοῦ· εἰ γὰρ ὑπὲρ ἐτέρων διδασκόμενος καὶ χειραγωγούμενος σθένεν μεμαρτυρίας, καὶ κατανομίας τί δύνασαι ποιῆσαι, ὡς τέκνον, μὴ μαθητεύσας, μήποτε ὑποπαγῆς καθ' ὃ δέεις; Ὁρῶ σε, ὡς τέκνον, κακίζοντα πρὸς τὴν μαθησίαν τῶν ἑαυτοῦ τέχνης, καὶ φιλοβῶμα μῆπως εἰκὴ κεκοιτίακα εἰς σέ. ἐπιλαβῆσθαι οὖν, καθ' ὃ δέει, τῶν ἑαυτοῦ ἐργασίας, ὡς τέκνον, ὅπως τεχνίτης γυμνός, εὐρήσῃ ἀνάπαυσιν σεαυτοῦ. τοῖς γὰρ ἀπαυθεύοις συναπτά θάνατος. Ὅτι σε οὖν καὶ ἡμᾶς, ἀγαπητέ, μὴ σαρδύσωμεν ἀπυρρίψαμα ἀφ' ἑαυτῶν τῶν υἱῶν τῶν ἐν Χριστῷ ὑποπαγῆς, μήποτε σὲ ἀρέσῃ Θεῶν, καὶ ἐμπροσθέντες εἰς παρασμὸν, μὴ ἢ ὁ βοηθῶν ἡμῖν. Ἡνίκα γὰρ ἀπέδρα Ἀγὰρ παρὰ τὴν Σάρρα διὰ τὸ προσάπειν τῆς κυρίας αὐτῆς, θρῶν αὐτὴν ἀγγελὸς ἐκ τῆς Θεοῦ ἔειπε αὐτῇ· ἀποστρέφου εἰς τὴν κυρίαν σου, καὶ ταπεινώσῃτι ἡσὸς πὰς χεῖρας αὐτῆς· ἢ δὲ ταπεινοῖκεν ἕτως, καθὼς ἐλάληθη πρὸς αὐτήν. Ὅπνικα δὲ ἦλθεν ὁ χαμὸς αὐτῆς, ἀπελύθη μὲν παρρησίας, μὲν καὶ ἐφοδίον, ἅμα τῶν ἑαυτοῦ υἱῶν, καὶ τολανωμένης αὐτῆς καὶ τὴν ἐρημίον, καὶ μελλήσῃς ἀπώλυσαι τῶν δίδει, ἅμα τῶν υἱῶν αὐτῆς τῶν Ἰσμαήλ, εἶχ ὑπερέειδεν αὐτὴν ὁ Θεός. Χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς ὑποπαγῆν μικροθύμως πᾶς ἐπιλήψῃς, ὡς τῶν Κυρίων διαβούτων, καὶ σὲ ἀνδρῶπιος. Ἐν ὑποταγῇ καθεζόμενοι μὴ πνιδόμεν ἐργα ὑποπαγῆς, ἵνα μὴ παύσωμεν καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ τρόπῳ πέπονθε Γιεζὶ ὁ λειτουργὸς τῶν προφήτων Ἐλισαῖ· ἀλλὰ μάλλον ἀφ' ἧς τῆς ἐναρέτης ὑποπαγῆς καρπὸν τέλειον ἀποδώσωμεν τῶν Κυρίων ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἢ δόξα καὶ ὁ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CA-

KE-

